# INCIPIT PASSIO BEATI BLASII XPI MAR(TYRIS) MENS(E) FEB(RUARIO) DIE III.

VII. ETENIM IN SEBASTIA CAPPADO
cię tradidit quidem ad correptionem eis.
qui secundum gratiam eius filii heredes existe
bant. Ex sebastia quidem martyres sibi elegit
usq(ue) ad sanguinem qui in eo est. caritatem fidem
atq(ue) confessionem ostensuri. Et quod melius est
quia non solum uiros. sed et mulieres ostensuras
agonem certamen. et usq(ue) in finem in xpo . . . cru
cis exemplum coronam adepturas. Sed unus horũ
extitit noster coronator et uictor blasius. Iste
enim s(an)c(tu)s totum uitae suae tempus mitis degebat.
sicut et in iob legimus. purus. innocens. d(omi)n(u)m colens.
uerax. mansuetus. ab omni opere prauo se extol
lens. Uidentes ergo inreprehensibilem eius uitã
hi qui in sebastia cappadocię ciuitate fideles ex
istebant. elegerunt sibi eum ep(iscopu)m. Ipse uero
pergens in montem qui uocatur argei. habita
uit ibi in quadam spelunca. Et concurrebant ad
eum agrestes ferę. Et si forsitan contigisset
quocumq(ue) dolore teneri qualem uis ex eis tam
quam intellectualia concurrebant ad eundem
s(an)c(tu)m in spelunca. Et quo usq(ue) imponeret manus
eis benedicens eos. non recedebant ab eo.
In illis itaq(ue) diebus iussit agricolaus preses con
gregari agrestes feras. Egredientes autem
bestiarum conprehensores. uenerunt in montẽ
in quo degebat s(an)c(tu)s blasius ep(iscopu)s. Et uidentes spelun
cam et multitudinem bestiarum adstantium ante
eum. consternantes se adinuicem admirati dixe
runt. quid hoc uult esse. Adpropiantes autẽ
uiri illi in speluncam. inuenerunt beatum blasiũ
orationem suam facientem. Et reuersi nuntiaue
runt preresidi ea quae uiderant. Audiens autem
preses. iussit plures milites cum illis pergere.
ut quanto(s) inuenirent illic esse absconsos xpianos.
praesentarent illi. Euntes autem illi in p(rae)dictũ
montem qui uocatur argei. Et ingredientes in spelun
cam inuenerunt s(an)c(tu)m blasium orantem. Et dixerũt
ei. Egredere uocat te preses. Uidens autem eos
s(an)c(tu)s ille gauisus est. et dixit. filioli mei. eamus simul.
Memor enim est hodie mei d(omi)n(u)s. In hac enim nocte
tertio mihi apparuit dicens. surge offer mihi
hostias ut assoles. Et nunc filioli mei bene uenistis.
d(omi)n(u)s meus ih(esu)s xp(istu)s nobiscum. Cum ergo irent in
itinere. conuertebat paganorum paruulos ad d(omi)n(u)m
per bonam suam admonitionem. Et incessabiles
eius orationes mirabilia faciebat. Nam offe
rentes ei infirmos. et inponens super eos manus.
saluos eos absoluebat. Non tantum homines. sed
etiam et diuersa animalia. cum se inmitterent
adinuicem. Aut sicut saepius contigit os inpingi
in guttur hominis. Aut etiam aliud aliquid tale
subito fieri deducebant illi eos. Et per dignas eius
orationes saluos eos d(eu)s reddebat. Accidit autem
ut quaedam mulier habens filium unicum dum pis
cis portionem ederet. subito os in guttur eius
infigi. ut poene mortuus maneret puer. Ma
ter uero eius audiens mirabilia beati illius. adpor
tans puerum. iactauit eum ante pedes eius semi
uiuum cum lacrimis clamans. et dicens s(an)c(t)o. mise
rere filio meo. serue saluatoris nostri ih(es)u xp(ist)i. eo
quod unicus mihi est. Indicauit autem s(an)c(t)o. quod
subito contigerat filio suo. S(an)c(tu)s uero blasius manus
inponens puero. et gutture eius signans eleuans ocu
los ad caelum orauit dicens. Qui inuocantibus te
d(omi)ne ih(es)u xp(ist)e uelox existis auditor et saluator. ex
audi orationem serui tui. et infixam spinam puero
isti per tuam inenarrabilem abstolle uirtutem.
saluans eum. Et nunc siue in homines siue etiam
in uolatilibus contigerit aliquando infigi qualẽ uis
os et memor fuerit nominis mei serui tui dicens.
D(omi)ne ih(es)u xp(ist)e uerus d(eu)s noster per orationem serui tui
blasii festina in adiutorium meum. mox fac in eũ
misericordiam tuam. ad gloriam s(an)c(t)i tui nominis.
Et mox saluum reddidit puerum matri suae. Cog.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0164
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991